







25

46.2

Jahresbericht

über

das Königliche Katholische Gymnasium in Conitz

in dem Schuljahre 1841—1842,

mit welchem

zu der öffentlichen Prüfung am 19. August

ergebenst einladet

der Director des Gymnasiums

Dr. F. Brüggemann.

Inest Joannis Dziadekii libellus, quo continentur addenda quaedam mutandaque
in libro, quem de arte grammatica scripsit C. G. Zumptius.

C o n i t z.

Gedruckt in der Buchdruckerei von F. F. Harich.

1842.

9K0 (1842)
40



Addenda quaedam mutandaque
in libro, quem
DE ARTE GRAMMATICA

scripsit

C. G. ZUMPT.



ALBANY, N. Y.

1857

DEAR SIR,

I have the honor to acknowledge the receipt of your letter of the 10th inst. in relation to the above named matter. I am sorry to hear that you are not satisfied with the result of the investigation. I have, however, no objection to your making such use of the facts as you may think proper. I am, Sir, very respectfully,
Yours truly,
J. B. ALLEN

Exstiterunt non multis abhinc annis, qui quererentur, facultatem latine scribendi loquendique, qua nostrates ceteris nationibus olim excelluisse memoriae proditum est, magis magisque in desuetudinem venire. Atque illas querelas non inanes fuisse, facile intelliget is, qui reputaverit, ipsos Italos, apud quos post renatas litteras latinitati aurea aetas redisse visa est, aliquando ingenue confessos esse, in nullis hominibus, praeterquam Transalpinis, promptam atque expeditam reperiri latine loquendi facultatem; ante pauca vero lustra, quum ceterae disciplinae laete efflorescerent atque studiose colerentur, apud eosdem latinas litteras prae ceteris ita neglectas fuisse, ut ex eorum numero, qui humanitatis studiis essent imbuti, vix vicesimum quemque, qui emendate scriberet, nedum expeditus esset ad latine dicendum, invenires. Quae quum ita sint, vix cuiquam mirum videbitur, si illa ipsa doctrina, quae apud nostros majores in summo honore fuerat, paene in contemptionem adducta est, quin etiam homines novandi studiosi, qui hodie sunt plurimi, eo audaciae processerunt, ut eam ex ludis litterarum censerent plane exterminandam. Contemptarum litterarum patrocinium quamquam viri summo ingenio praediti, nec mediocriter a doctrina instructi susceperant, minus tamen in ea disciplina, quam pro tempore, quod ei percipiendae in gymnasiis impenditur, exspectaveris, alumnos consequi, quin concederent, facere non potuerunt. Quum autem, cur discipuli minus proficerent, etiam docendi rationi tribuendum videretur, doctores summa vi nitebantur, ut, qua via ars neglecta in antiquum honorem locum restitueretur, excogitarent. Sed in ea ipsa re, quae est humani ingenii varietas, in diversas discesserunt sententias. Namque (ut pauca e

multis, quae ea de re afferri possint, attingamus) aliis statuentibus, tirones a tenerrima aetate oportere in latine scribendo dicendoque exerceri, alii ita contendunt, ut, nisi grammaticorum praeceptis imbuti, atque copia dicendi ornatu ad scribendum loquendumque ne gradum faciant, moneant. Quum quidam, ut discipuli lexicis Germanico-Latinis (pace eorum, qui haec legent, ita dixerim) utantur, veniam dent, atque adeo plurima, quae illis libris continentur, ediscenda esse existiment, alii hoc instituto nihil perniciosius, nihil damnosius censent. Quid, quod, ad quorum scriptorum exemplum tirones sermonem latinum conforment, illi viri sibi discrepant? Pars enim existimant, illos tantum scriptores imitandos esse, quos nativa venustate atque casta simplicitate inter omnes maxime eminuisse, constans vetustatis iudicium est, quae ab aliis scriptoribus petantur, esse respuenda; alii autem ab ista anxietate alieni etiam ad argenteae, quae vocatur, aetatis scriptores descendunt, nec pauca, quae apud illos, quos ante commemoravi, frustra quaeruntur, sumunt. Jam vero libros recentiore aetate sermone latino conscriptos, qui in deliciis habeant, ac tironibus etiam atque etiam commendent, permulti inveniuntur; contra alii latinitatem nulla re magis, quam illis diligenter evolvendis, inquinari iudicant. Ac sane, qui antibarbaros, quos vocant, inspexit, atque, quam saepe castitas sermonis latini in illis libris contaminata sit, cognovit, illud iudicium non iniquum esse, ut credat, facile adducatur. Equidem non diffiteor, ex his scriptoribus multos haud pauca barbara admisisse. Sed quum in eorum numero sint, qui a praestantissimorum antiquitatis scriptorum elegantia non multum abhorreant, habeantque illi libri, quae plurimum valeant ad litterarum studium concipiendum, quominus pensa latina ab iis petantur, non recusaverim, dummodo ea cautio adhibeatur, quae a GEISTIO et FORBICERO virr. doctss. in libris eo consilio, ut juvenus ad latine scribendum instituatur, editis adhibita est. Verumtamen, quantumvis his de rebus variae doctorum hominum sint discrepantesque sententiae, in hoc tamen inter se non dissident, grammatica fundamenta linguae cuiusvis contineri, et qui latinas litteras discere velint, eorum memoriae ante omnia praecepta grammaticorum latinorum inculcanda esse. Etiam huic arti diu spretae complures virr. doct. proximis annis operam navarunt. Vel nuper, quantus cumulus his studiis allatus est, emissis in lucem scholis, quas de grammatica latina habuerat clarissimus REISIGIUS, praematura morte litteris ereptus. Quas qui edidit, HASIUS vir doct. hoc tempore professor

academiae Vratislaviensis, nae ille optime de universa civitate litterata meritus est, praesertim subjectis suis adnotationibus eruditionis plenis. Inter eos vero, qui in hunc campum excurrerunt, nec satis habuerunt, juventuti litterarum latinarum studiosae libris peculiaribus leges latine dicendi dare, verum etiam causas illius linguae investigarunt, etiam nunc ZUMPTIUS procul dubio principatum obtinet. Cujus viri librum bonae frugis plenum, quum in praeceptis linguae latinae tradendis, ex quo viam in utraque lingua alumnis hujus ludi praece, semper quasi ducem essem sequutus, si qua forte in eo desiderarentur, aut mutanda viderentur, in scriptorum latinorum lectione diligenter circumspexi, atque adnotavi.

Quae inveni, ac praetermissa ab hujus libri censoribus existimavi, et ante hosce sex annos munere annalium hujus gymnasii praefandorum mihi injuncto protuli, et hoc anno, eodem officio functurus, proferam.

Ac primum quidem §. 28 *ēs* et *ēs*, et §. 29 *nos* et *os* quum monosyllaba sint, ibi vero de quantitate ultimae eorum vocabulorum, quae complures syllabas habent, agatur, alieno loco posita videntur.

§. 45. 3 exponendum erat, genitivum pluralem paucorum nominum gentium non solum apud poetas, sed etiam apud scriptores pedestres in *um* non in *arum* desinere. Praeter genitivum *Metropolitum* Caes. b. c. III, 81, quod exemplum HASIUS ad REISIGII l. l. §. 74 adnotavit, afferendum est ex Livii libr. 24 c. 3 *Crotoniatum*.

§. 148 forsitan non alienum fuerit addere, participio *coenatus*, quum tertia persona praeteritorum passivorum indefinite ponitur, etiam vim passivam subjici, ut apud Livium II, 4. „et *coenatum* forte apud Vitellios esset.“

§. 160. c. illi Virgiliano *abuisse* adde ex Ciceronis oratione pro rege Dejotaro c. 9 *peruisse*, quod et SCHÜTZIUS in sua editione tuitus est, et ORELLIUS retinuit.

§. 171. tirones facile in errorem inducantur, inter composita verbi sonandi etiam *resono* praeterito non commemorato legentes, quod *avi* non *ui* facere, exhibent lexica.

§. 182. desideratur verbi pluendi perfecti forma *pluvi*, quae apud Livium ed. RASCHIG legitur: I, 31 lapidibus *pluisse*, III, 10 et carne *pluvit*, XXIV, 10 sanguine *pluisse*.

§. 324. respicienda sunt ea, quae dets. Klotzius ad Cic. Tuscul. disput. I, 27 attulit, apud latinos scriptores nusquam inveniri scriptum *eam ob rem*, quod recentiores usurpent, sed constanter *ob eam rem*.

§. 400. *domus* et *rus* eodem modo, quo nomina urbium strui, praecipitur; ibi absunt exempla substantivi *domus* cum praepositione ab juncti, velut apud Livium XXIV, 8 *ab domo* venerunt; abesse *ab domo* Liv. V, 4 et 6, quod verbum Cicero cum nudo hujus nominis ablativo jungere solet; praeterea addendum videtur illud Livianum III, 49 *in domo sua*, et propter praepositionem *in* omissam Liv. I, 39 „eorum magis sententiae sum, qui Corniculo capto, Ser. Tullii, qui princeps in illa urbe fuerat, gravidam viro occiso uxorem, quum inter reliquas captivas cognita esset, ob unicam nobilitatem ab regina Romana prohibitam ferunt servitio partum Romae edidisse, Prisci Tarquii *domo*.“

§. 410. suppressum est adjectivum *invidus*, aequae atque inimicus cum casu secundo vel tertio conjunctum; infra not 2 adjiciendum est „*cognominis*.“

§. 416. adnotandum erat, verbum *implicandi*, praesertim, quum ejus passivum ponitur, plerumque cum ablativo sine praepositione conjungi, rarius cum praepositione *in* et accusativo; quod non commemorassem, nisi haec constructio ab ista lege prorsus abhorreret.

§. 426. Vir dets. ad qualitatem designandam genitivum substantivorum, nisi adjectivis vel numeralibus accedentibus negat poni. Ego vero in unum exemplum incurrî, quod, nisi ita expediam, quomodo interpreter, non habeo. Est autem apud Caesarem de bell. Gall. VII, 38 „quasi *consilii* sit res, et non necesse sit, nobis cum Arvernîs nosmet conjungere.“

§. 475. not. commemorata esse velim nomina, quorum ablativo temporis praepositio *in* additur ut: *in praesentia*, *in praesenti*; praeterea Sall. Jugurtha c. 28 „uti *in diebus* decem Italia decederet;“ ibid. c. 96 „igitur Sulla, ut supra dictum, postquam in Africam atque in castra Marii cum equitatu venit, rudis ante et ignarus belli, sollertissimus omnium, *in paucis tempestatibus* factus est.“ Liv. I, 18 consultissimus vir, ut *in illa quisquam aetate* esse poterat; ibid. c. 57. Ardeam Rutuli habebant gens, ut *in ea regione* atque *in ea aetate*, divitiis praepollens. Denique non reticendum erat „*in anno*.“ Vide etiam REISCH I. I. §. 398.

§. 506. non erat praetereundum, ex conjunctionibus illo loco commemoratis „postquam et ubi“ etiam cum praesenti historico strui, cujus rei Livius multa, Sallustius plurima exempla suppeditat; non alienum videtur nonnulla apponere.

Sallust. bell. Catil. c. 20. Catilina, ubi eos, quos paulo ante memoravi, convenisse videt. ibid. c. 27. postremo ubi multa agitati nihil procedit.

Jugurtha c. 13. igitur legati, ubi satis confidunt.

ibid. c. 52. denique Romani ubi intellegunt.

— c. 63. ergo ubi primum tribunatum militarem a populo petit.

Livius IV, 55. ad quod bellum, ubi ex senatus consulto consules delectum habere occipiunt.

ibid. c. 56. quae ubi tumultu majore etiam, quam res erat, nuntiantur Romam.

Haud scio, an e re fuerit, ibi exponere, conjunctiones *ubi, simul, ut*, etiam cum futuro secundo conjungi. Praeterea clarus auctor in nota 1 de iisdem conjunctionibus cum imperfecto structis subjicit, interdum, quum res diuturnae sive repetitae exponantur, etiam in apodosi imperfectum vel plusquamperfectum sequi. Vereor ut recte; saepenumero enim in apodosi est perfectum vel praesens historicum, id quod exemplis probabimus.

Sallust. Catil. c. 6. sed postquam res eorum civibus, moribus, agris aucta, satis prospera satisque pollens videbatur, sicuti pleraque mortalium habentur, invidia ex opulentia orta est.

Jugurtha c. 36. Sed postquam dilapso tempore, comitorum dies adventabat, Albinus, Aulo fratre in castris pro Praetore relicto, Romam decessit.

ibid. c. 58. Metellus, infecto negotio, postquam nox aderat, in castra cum exercitu revortitur.

Liv. I, 54. itaque, postquam satis virium collectum ad omnes conatus videbat, tum e suis unum sciscitatum Romam ad patrem mittit.

ibid. II, 8. id omnibus modis impedire conanti, postquam alia frustra tentata erant, postem jam tenenti consuli foedum inter precationem deum nuntium incutiunt.

- ibid. II, 25. cum consul, quamquam cuncti undique, et nexi ante omnes, ut signum daret clamabant, experiendi animos militum causa parumper moratus, postquam satis apparebat ingens ardor, dato tandem ad erumpendum signo militem avidum certaminis *emittit*.
- ibid. III, 38. postquam citati non conveniebant, dimissi circa domos apparitores, simul ad pignera capienda sciscitandumque, num consulto detrectarent, *referunt*, senatum in agris esse.
- ibid. c. 46. postquam omissis rebus aliis prae cura unius nemo adibat, domum se *recepit*.
- ibid. c. 60. Aequi Volscique, postquam concessum propemodum de victoria credebant, pars in Hernicos, pars in Latinos praedatum *abeunt*.
- ibid. c. 62. quae ubi illatis ex transverso signis degravabant prope circumventum cornu, equites duarum legionum sexcenti fere ex equis *desiliunt*.
- ibid. IV, 10. Volscus imperator, qui ad eam diem non commeatu praeparato, sed ex populatione agrorum raptō in diem frumento aluisset militem, postquam septus vallo repente inops omnium rerum erat, ad colloquium consule evocato, si solvendae obsidionis causa venerit Romanus, abducturum se inde Volscos *ait*.
- ibid. V, 10. postquam obtineri non poterat, tamen labefactandae legis Treboniae causa *effectum est*.
- ibid. c. 39. tum demum, postquam nihil usquam hostile cernebatur, viam ingressi, haud multo ante solis occasum ad urbem Romam *perveniant*.
- ibid. VI, 13. deinde postquam cadentibus primis jam ad se quisque caedem perventuram cernebat, terga *vertunt*.
- ibid. c. 20. populūque brevi, postquam periculum ab eo nullum erat, per se ipsas recordantem virtutes desiderium ejus *tenuit*.

Haec exempla etiam multis aliis augere possis.

§. 534. verbis timendi addendam erat *anxium esse*.

Sallust. Jug. c. 6. ex quibus si talem virum interfecisset, ne qua seditio, aut bellum oriretur, *anxius erat*.

ibid. c. 70. Bomilcar simul cupidus incepta patrandi et timore socii *anxius*, ne, omisso vetere consilio, novum quaereret, litteras ad eum per homines fideles mittit.

§. 540. commemoraverim, verba dubitandi etiam, praegresso *num*, quin sequi. C. Tuscul. I, 14 „*num* dubitas, quin specimen naturae capi deceat ex optima quaque natura.“

§. 542. erat adjungendum, quin exhortativum non solum cum prima persona plurali, sed etiam *secunda singulari* conjunctivi poni. Cfr. Cic. somn. Scip. c. 3: quin tu *aspicias* ad te venientem Paullum patrem.

§. 622. addiderim, *nasci*, quum idem valet, quod sequi et effici, et ipsum cum conjunctione ut strui: Cic. de finib. III, 19 ex hoc *nascitur* etiam, ut communis hominum inter homines naturalis sit commendatio, ut oporteat hominem ab homine, ob id ipsum, quod homo sit, non alienum videri.

Senec. epist. 74. ex hac deploratione *nascitur*, ut ingrati divinorum interpretes simus.

§. 632. recensentur participia perfecti eorum deponentium, quae vim passivam prae se ferunt. Relinquitur tamen in medio, utrum illam vim tantum habeant, quum ad nomina sine verbo substantivo esse referuntur, an etiam cum verbo esse conjuncta. Illud quidem ut statuamus exempla a viro det. allata nos adducunt. Neque tamen erat omittendum, participio perfecti quorundam deponentium, etiam cum verbo substantivo esse conjuncto, vim passivam subjici. Exempla, si quis requirit, sunt apud Sallust. Jug. c. 17. „tamen uti ex libris Punicis, qui regis Hiempsalis dicebantur, *interpretatum* nobis est.“ ibid. c. 25. „sed ab isdem regis fautoribus summa ope *ensis*, ne decretum fieret.“

Liv. 24, 21. secundum Hieronymi caedem primo *tumultuatum* in Leontinis apud milites fuerat, *vociferatumque* ferociter, parentandum regi sanguine conjuratorum esse.

Cic. Tuscul. III, 14. tamen sint semper omnia homini humana *meditata*.

ibid. c. 24. illud malum, quod *opinatum* sit esse maximum.

Liv. III, 38. *depopulatumque* inde excursionibus Tusculanum agrum legati ab Tusculo, praesidium orantes, nuntiant.

ibid. IV, 13. et *partita* ducibus multitudinis ministeria esse.

Magis etiam notabile est, quod apud Livium verbi *populandi* etiam infinitivus praesentis passive ponitur, quum ille scriptor, quod equidem sciam, activam hujus verbi formam adspernetur. Vid. Liv. III, 3. uri sua *popularique*; ibid. III, 16. urbem Romam subita deum ira morbo *populari*.

§. 648. in numero participiorum, quorum ablativus sine substantivo totius enunciati vices sustineat, potius commemorata velim: *inaugurato*, *auspicato*, *litato*, *inexplorato*, in quae, qui Livii scripta leget, saepius incurret.

§. 659. explanatur, gerundium in di pendere ex quibusdam substantivis et adjectivis; deinde additur, si illa substantiva cum verbo esse pro praedicato, quod vocant, sint habenda, infinitivum, non gerundium sequi. Ab ista lege alienum est, quod legitur apud Liv. II, 53. „mos, credo, non placebat, sine Romano duce exercituque socios propriis viribus consiliisque bella *gerere*“. Facere autem praesertim poetas, ut infinitivum pro gerundio in di ponant, commemorat RUDDIMANN t. II. p. 245.

§. 691. praecipitur, numerale *unus* ad vim intendendam superlativis adjungi; dixerim *superlativis et verbis*, in quibus inest potestas superlativi, veluti in verbo *excellere*.

Cic. Orat. c. 2. in oratoribus vero, Graecis quidem, admirabile est, quantum inter omnes *unus excellat*.

Cic. Tuscul. disput. II, 18. Atqui vide, ne, quum omnes rectae animi affectiones virtutes appellentur, non sit hoc proprium nomen omnium, sed ab ea, quae *una* ceteris *excellerat*, omnes nominatae sint.

§. 723. vir dets. disputat, particulas *non modo* — *sed etiam* poni, si enunciato, quod a *sed etiam* incipit, res gravior continetur; contra, *sed*, omisso *etiam*, si membro a *sed* incipienti, res levior continetur; interdum tamen promiscue poni. Apud Livium quidem, quod RASCHKE vir dets. ad lib. XXII, c. 9. not. f. adnotavit,

pleraque exempla, ubi sed, omisso *etiam*, legitur, ita comparata sunt, ut majus et gravius in hoc enunciato insit.

§. 743. legimus, antecedens substantivum rursus repeti, pronomini relativo adjunctum, ubi nobis, qui Germanica lingua utimur, relativum jam sufficere videtur. Illo loco commemorari potuit, substantivum etiam cum pronomine demonstrativo *hic*, *haec*, *hoc* cum vi quadam repeti, ubi solum pronomen *is*, *ea*, *id* expectaveris: e: c Cic. pro rege Dejot. c. 11.

iccirco in hanc urbem venisti, ut hujus urbis jura et exempla corrumperes, demesticaque immanitate nostrae civitatis humanitatem inquinares?

§. 783. agitur de conjunctione copulativa *et* saepe ommissa, additurque infra, quum plures vel personae vel res enumerantur, in clausula non commode poni: *et alii*, *et ceteri*, *et cetera*, sed suppresso *et*, *alii*, *ceteri*, *reliqui*, *reliqua*. Invenitur tamen interdum *et* his adjectivis praemissum ut Cic. Tusc. disp. IV, 7.

libidini (subjecta sunt) ira, excandescencia, odium, inimicitia, discordia, indigentia, desiderium, *et cetera* ejusmodi.

Sallust. Jugurt. c. 103:

copias, fidem, magnitudinem regis sui, *et alia*, quae aut utilia, aut benevolentiae credebant, oratione extollunt.

§. 800. praecipitur, ablativos *opinione*, *spe*, *justo*, *aequo*, *solito* semper suis comperativis praeponi. Velim illud semper in plerumque mutetur; neque enim desunt exempla, in quibus isti ablativi comparativis postponuntur.

cfr. Sallust. Catil. c. 51:

Multi eas (injurias) *gravius aequo* habuere.

Jugurth. c. 53: At Romani, quamquam iunere atque opere castrorum et praelio fessi laetique erant; tamen, quod Metellus *amplius opinione* morabatur, instructi intentique obviam procedunt.

Caes. bell. Gall. II, 3:

eo quum de improvviso, *celeriusque omnium opinione* venissent.

Liv. V, 27. *longius solito*.

ibid. XXIII, 19. imbris deinde continuis *citatione solito* amnis transverso vertice dolia impulit ad ripam, quam hostes servabant.

ibid. XXIV, 9. Quinto anno secundi Punici belli Q. Fabius Maximus quartum, M. Claudius Marcellus tertium consulatum ineuntes *plus solito* converterant in se civitatis animos.

ibid. c. 12. Hic *major solito* apparatus praecipue conterruit Campanos.

ibid. c. 40. Deinde, ut ea res *tardior spe* fuerit, ad Oricum clam nocte exercitum admovisse.

§. 804. Tirones monentur, ne consuetudine sermonis Germanici inducantur ad adversantes particulas *autem, vero*, relativo addendas; has conjunctiones non licere ad relativum adjungere, nisi in protasi positas, ita ut in apodosi a pronomine demonstrativo *is, ea, id* excipiantur. Fit tamen interdum, ut ad relativum particula *autem* adjiciatur, vel non consequente demonstrativo, quibus locis *autem* inservit gradationi cuidam orationis indicandae ut idem fere valeat, quod *imprimis, demum* e. c. Tuscul. disp. IV, 2:

Sed ut ad propositum redeat oratio, quam brevi tempore, quot et quanti poetae, qui autem oratores exstiterunt! Vide etiam exempla, quae dicit KUEHNER ad illum locum attulit.

Denique mendum tollendum est, quod in iis, quae de arte metrica praecipiuntur, exstat. Est autem §. 841, quo loco vir clars. de illo nobilissimo versu hexametro heroico disputat. Quem, quot pedibus constare, ubi commemoratum est, ultimum pedem semper spondeum, vel, quum ultima syllaba anceps sit, trochaicum esse, exponitur. Sed ista ratio, quum aliorum metricorum praeceptis, tum iis, quae vir doct. ipse §. 829. contendit, repugnat. Ibi enim paragr. extr. statuitur, hexametrum esse versum catalecticum in bisyllabum, i. e. eum, a cuius ultimo pede una syllaba absit. Sublata autem de dactylo syllaba ultima, relinquitur trochaeus. Itaque illo loco erit scribendum: ultimus pes est *trochaeus*, vel cum ultima syllaba anceps sit, *spondeus*.

Haec fere sunt, quae in libro praestantissimo desideravimus, dedimusque foras, non quod obtrectaremus ejus laudibus, sed ut, aliquot mendis correctis, eum etiam magis litteras latinas discantibus commendaremus. Docti vero viri, sicubi levia et pusilla me protulisse arguant, velim cogitent, me hoc qualicumque libello, etiam iis, qui mihi in disciplinam traditi sint, consulere voluisse.

Schulnachrichten.



Erster Abschnitt.

Allgemeine Lehrverfassung.

P r i m a.

Ordinarius: Herr Professor Dziadek.

A. Sprachen.

I. Deutsche Sprache.

Der deutschen Litteratur-Geschichte fünfte und sechste Periode nach Robers-
stein. Correctur der Aufsätze; Leitung der freien Vorträge und der Privats-
lecture. 2 St. Hr. Professor Lindemann.

II. Lateinische Sprache.

Sallust. Catilina; darauf: Cic. Brutus bis cap. 40. Die Erklärung war
lateinisch. Correctur der lateinischen Aufsätze, größtentheils geschichtlichen
Inhalts; Extemporalien; Grammatik nach Zumpt und zwar die syntaxis
ornata. 6 St. Hr. Prof. Dziadek.

Horat. carminum lib. IV., das carmen saeculare und lib. V. Die Erklärung
lateinisch. 2 St. Brüggemann.

III. Griechische Sprache.

Thucyd. de Bello Pelopon. lib. I. Correctur der schriftlichen Arbeiten; Grammatik nach Buttmann. 4 St. Brüggenmann.

Soph. Oed. R. bis v. 672.; nach einer kurzen Einleitung über die Idee des Stückes und über das Versmaaß im Dialog. Darauf: Hom. Iliad. I. VI. und VII. Die Uebersetzung deutsch, die Erklärung lateinisch. Einiges von dem Gelesenen wurde auch memorirt. 2 St. Hr. Prof. Dziadek.

IV. Französische Sprache.

L' Avare und le malade imaginaire von Molière. Grammatik nach Leloup: nach Wiederholung der Lehre vom Artikel, Adjectiv und Pronomen wurde die Lehre vom Zeitwort, von den Verhältnißwörtern, Bindewörtern, von der Wortfolge und von der Satzfügung beendigt. Correctur der alle vierzehn Tage angefertigten Exercitien. 2 St. Hr. Oberlehrer Nieberding.

V. Hebräische Sprache.

Mit besonderer Rücksicht auf die Syntax wurden einige leichtere und darauf schwerere Stücke aus dem Lesebuche von Gesenius übersetzt. Uebungen im schriftlichen Uebersetzen aus dem Hebräischen in das Lateinische. 2 St. Hr. Religionslehrer Thamm.

B. Wissenschaften.

I. Religionslehre.

1.) Für die katholischen Schüler. Religionsgeschichte des alten und neuen Bundes. Nach eigenen Hefen. 2 St. Hr. R. L. Thamm.

2.) Für die evangelischen Schüler. Christliche Religionslehre nach Schmieders. Erklärung des Briefes Pauli an die Corinthier und der letzten Hälfte des Briefes an die Römer. 2 St. Hr. Superintendent Annecke.

II. Philosophische Propädeutik.

Empirische Psychologie nach Biunbe. 2 St. Hr. Prof. Lindemann.

III. Mathematik.

Die arithmetischen Progressionen höherer Ordnung; die Zinseszins- und Renten-Rechnung; die Entwicklung der bekanntesten Functionen in Reihen,

mit besonderer Rücksicht auf die Berechnung der Logarithmen; Wiederholung der Trigonometrie und aus der analytischen Geometrie die Gleichungen der geraden und der Linien zweiter Ordnung. 4 St. Hr. G. L. Wichert.
Handbücher waren für alle Classen der Leitsfaden von Matthias und in Prima noch Grunert's allgemeine Arithmetik. Zur Begründung der einzelnen Lehren und Sätze wurden außer den verschiedenartigen Aufgaben in der Schule auch noch zu Hause von den Schülern der drei oberen Classen besondere, auf das Vorgetragene Bezug habende gelöst, welche von dem Lehrer nachgesehen und verbessert wurden.

IV. Geschichte und Geographie.

Geschichte des Mittelalters und zwar von dem Auftreten der germanischen Völkerschaften bis zur Entdeckung von Amerika. 2 St. Monatlich wurde 1 St. zur Wiederholung der Geographie von Deutschland verwendet. Hr. Prof. Junker.

V. Physik.

Mathematische Geographie; Statik und Mechanik mit der nöthigen mathematischen Begründung. 1 St. Hr. G. L. Wichert.

Handbuch in Prima und Secunda: August's Auszug aus Fischer's mechanischer Naturlehre.

VI. Naturgeschichte.

Wiederholung aller drei Naturreiche; das Wichtigste aus der Anthropologie. 1 St. Hr. G. L. Haub.

Handbuch in allen Classen: Haub's Lehrbuch der Naturgeschichte.

S e c u n d a.

Ordinarius: Herr Professor Lindemann.

A. Sprachen.

I. Deutsche Sprache.

Poetik nach Dieckhoff. Correctur der Aufsätze; Leitung der freien Vorträge und der Privatlectüre. 3 St. Hr. Prof. Lindemann.

II. Lateinische Sprache.

Liv. histt. lib. I. — Cic. oratt. pro lege Manilia und rege Deiotaro. Die Uebersetzung deutsch, die Erklärung lateinisch. Einiges wurde memorirt. Correctur der schriftlichen Arbeiten; Extemporalien; Grammatik nach Zumpt: syntaxis verbi, Wortstellung, Satzverbindung und Periodenbau. 6 St. Hr. Prof. Dziadek.

Virg. Aen. lib. XI. XII. und I. Die Erklärung lateinisch. 2 St. Bis Neujahr: Brüggemann; darauf: Hr. Prof. Lindemann.

III. Griechische Sprache.

Xenoph. Cyrop. lib. II. Darauf: Herod. lib. VI. mit Auswahl. Grammatik nach Buttmann: Wiederholung der unregelmäßigen Zeitwörter, die Lehre von den Partikeln und der Wortbildung; aus der Syntax S. 122 bis S. 139. Correctur der schriftlichen Arbeiten. Homer. Odyss. lib. V. VI. VII. und IX. Die Erklärung lateinisch. 2 St. Hr. Prof. Lindemann.

IV. Französische Sprache.

Charles douze par Voltaire: liv. III. und IV. Grammatik nach Leloup: die unregelmäßigen Zeitwörter und die Syntax. Correctur der schriftlichen Arbeiten. 2 St. Hr. Prof. Lindemann.

V. Hebräische Sprache.

Die Formenlehre nach Gesenius; Übung im Lesen und Anleitung zum Uebersetzen. 2 St. Hr. R. L. Thamm.

B. Wissenschaften.

I. Religionslehre.

- 1.) Für die katholischen Schüler. Sittenlehre und Ascetik. Nach eigenen Heften. 2 St. Hr. R. L. Thamm.
- 2.) Für die evangelischen Schüler. Christliche Religionslehre nach Schmieder. Erklärung der Pastoral-Briefe und des Briefes an die Römer. 2 St. Hr. Superint. Annecke.

II. Mathematik.

Gleichungen des ersten Grades mit mehreren unbekannten Größen und die

des zweiten Grades. Einiges aus der Theorie der Kettenbrüche und deren Anwendung bei unbestimmten Gleichungen des ersten Grades. Die Proportionen bei geradlinigen Figuren und am Kreise; die Berechnung ebener Figuren und die Anfangsgründe der Stereometrie. 4 St. Hr. G. L. Wichert.

III. Geschichte und Geographie.

Der Geschichte des Alterthums zweite Hälfte; oder: Alexander's Zug gegen die Perser, die Geschichte der aus Alexander's Monarchie entstandenen Staaten und, nach vorausgeschickter Geographie, die Geschichte des römischen Staates bis zur Zerstörung des weströmischen Reiches. 2 St. — Wiederholung der neueren Geographie von Portugal, Spanien, Frankreich, Italien, der Schweiz, Belgien, den Niederlanden, Großbritannien, Dänemark, Schweden, Norwegen, Rußland, der europäischen Türkei und Griechenland. 1 St. Hr. Prof. Junker.

IV. Physik.

Allgemeine Eigenschaften der Körper; die Lehre von der Elektricität, dem Galvanismus, Elektromagnetismus, den Inductionerscheinungen und dem Thermomagnetismus; Anfangsgründe aus der Lehre von den tropfbaren Körpern. 2 St. Hr. G. L. Wichert.

C e r t i a.

Ordinarius: Herr Oberlehrer Nieberding.

A. Sprachen.

I. Deutsche Sprache.

Grammatik nach Hoffmann und zwar der Syntax zweites Buch: von dem mehrfachen und zusammengesetzten Satz; drittes Buch: von gemeinsamen Erscheinungen beider Satzarten und von der Interpunction. Darauf: die allgemeinen Eigenschaften des deutschen Stils nach Siemer's Abhandlung. Wichtiges Lesen und Vortrag deutscher Gedichte. Correctur der alle vierzehn Tage gelieferten Aufsätze. 3 St. Hr. Prof. Junker.

II. Lateinische Sprache.

Caes. commentariorum de bello gallico lib. I. II. III. IV. Grammatik nach Zumpt: Wiederholung der Casuslehre; darauf: die Lehre von den temporibus und modis. Correctur der schriftlichen Arbeiten. Memorir-Übungen. 6 St. Hr. D. L. Nieberding.

Ovid. Metamorph. lib. V. v. 340 — 571. lib. VI. v. 146 — 311. v. 312 — 381. lib. VII. v. 1 — 293. 2 St. Brüggemann.

III. Griechische Sprache.

